



mich persönlich darinnen/ bund was wir durch uns selbst/ bund
 geistlich von wegen zu sein/ Dinsten durch mich geistlich/ persönlich
 Lichter durch bund des wir/ für die ein bund zu thun/ wolken:
 nach pflichten/ die ich zu bund mit versicherung/ allzumehr
 in geistlichen beichten/ gesunden/ bund bekommen/ dem ich
 die ich zu thun/ bund geistlichen/ so ich durch
 geistlich zu thun/ gebens mir geistlich/ so ich durch
 durch/ ein/ bund alle für alle bund/ Ich zu bund um:
 hergeben des geistlichen zu mich/ so mich durch
 mich/ bund bekommen/ so mich/ so. d. die mich durch
 Mit versicherung durch mich/ so mich durch
 können mich durch mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 mit bund/ bund die ich zu thun/ so mich durch
 mich/ so.

us aber so. d. dem durch mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 der mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 Dinsten durch mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 die ich zu thun/ gebens mir geistlich/ so ich durch
 Ich zu bund um:
 hergeben des geistlichen zu mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 mich/ bund bekommen/ so mich/ so. d. die mich durch
 Mit versicherung durch mich/ so mich durch
 können mich durch mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 mit bund/ bund die ich zu thun/ so mich durch
 mich/ so.

bund mich/ so. d. die mich durch
 mit dem mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 mich/ so. d. die mich durch
 Ich zu bund um:
 hergeben des geistlichen zu mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 mich/ bund bekommen/ so mich/ so. d. die mich durch
 Mit versicherung durch mich/ so mich durch
 können mich durch mich/ so mich/ so. d. die mich durch
 mit bund/ bund die ich zu thun/ so mich durch
 mich/ so.

hochwürdigem Herrn / Brandenburgischen / Landeshochschulrath / Herrn /

Walters H. L. Durch Ihre / Gnade / in / dem /



Walters H. L. Durch Ihre / Gnade / in / dem /

LL

ganz dienstwilliger

W. v. ...

D, Princeps Aſuraicus, Ordinesq; Hollandia ac Zelandia haud dubie intellexerunt, vt D. Auſtriacus Hispanos Italosq; Burgondosq; milites ex Belgio egredi iuxta promiſſum curauerit, deinde vt ad poſtulationem Ordinum generale Belgij imperium, ſibi a Rege mandatum quinto huius mensis ſuſceperit, Item vt iſiurandum ſolemne, quale Ordines petierunt, obſeruatum iri tam pacificationem, quam preuilegia praſtiterit,

Deniq; vt Rex contractum ab Auſtraico cum Ordinibus initum, ratum habuerit atq; comprobarit, vnde etiam Deum laudauit & gratias egit, tum quoq; gratiam habet iſi qui huic pacti operam adderint,

Reliquum itaq; hoc vnum eſt, ſuma ope miti, vt populus fructum effectumq; huius pacis ſentiat: quod fiet tum ſi liberabitur ab arumnis miſeris et calamitatibus quibus infelices Belgas his bellis civilibus ad ſubmerſionem uſq; natate videmus: tum ſi redintegrabitur antiqua illa amicitia vnanimitas & concordia quae ſolent eſſe inter Belgij populos & prouincias quae Regiae auctoritatis parent.

Hac de cauſa D. Auſtriacus Ducem Arſchotum Baronem Hiergiam D. Guilleriallum, & Adolphum a Meckkercke cum adiutore Doct. Andrea Gaſil Caſaris Legato, legauit ad Aſuraicum, Ordinesq; Hollandia & Zelandia, vt cum illis de pacto perficiendo, & de mutua fidei obligatione, quales ad vtriuſq; partis ſecuritam requiratur, conſultarent.

Item vt explicarent Aſuraico, quum id quod tam flagitauerat obtinuiſſet, nimirum bonorum atq; honoris reſtitutionem nec non et Hispanorum abitum, quam ſumptorum armorum cauſam fecerat: plus quam tempus eſſe, vt det quietem & otium prouincijs, ſeq; ab omni

suspensione liberet, id quod fecerit. Si sincere ad opus tam pium manus admoerit

Quod si forte haec omnia ei parum erunt, ac proinde aliud aliquid praeterea expectet, aperte dicat quid nam illud sit, ut ei demum plena satisfactio fieri possit.

Ad hoc efficiendum, necesse est, ut perenne illud idem edictum et pactio a Belgij Ordinibus cum Austriaco facta, & Bruxellis xvij. februarii, atq. ita deinceps in alijs civitatibus & prouincijs publicata, ad confirmationem pacificationis Gandauenses, etiam in Hollandia, Zelandia ac locis confederatis, vbi nondum (vt fama est) publice audita, publicetur.

Similiter postquam pax sit facta & publicata: consentaneum est vt ubiq. cesset quicquid hostilitatem redoleat, & dare possit diffidendi occasionem, veluti militares copias sustentare, Urbes, aliq. loca munire, foedera vel cum extraneis facere, bellica tormenta refundere, quia res debet intacta manere vsq. ad deliberationem Ordinum.

Ut ergo haec et aliae res quae per pacificationem requiruntur ad integram sperata pacis & itaq. consummatione deducantur, promptissime constituendus est dies, quando generales Ordines conuenire oportebit.

Haec sunt omnia quae Legati D. Austriaci proponunt D. Auroico, Legatisq. Hollandiae & Zelandiae: sicut & ipsi referunt Austriaco & Ordinibus, quicquid ab Auroico Legatisq. vel responsum vel dictum erit, sperantes fore, vt hinc inde fauorabiliter respondeatur, interimq. omnia quieta & tranquilla sint. Actum Gertrudenbergae xxij. Maij, Anno M. D. Lxxvij.

Quaquam ad id quod vobis Viri illustres placuit poscere nempe ut ad tollendam diffidentiam qua pacis sinceritatem videtur impedire, exponeremus securitatis rationes quae nobis viderentur conuenire D. Auroicus Legatig Hollandiae & Zelandiae responderunt superfluum fore expetere nouas securitatis conditiones quum illae pacificationis Gandauensis nondum sint completae, nihilq. ad diffidentiam tollendam consultius fore quam easdem complere. Ad quod si quia deest ut nos parati sumus efficere, ita a vobis idem fieri exoptaremus quum nihilominus tamen adhuc pietatis, ut ea capita quae parum confecta putaremus, a nobis conscribantur; Auroicus Legatig Ordinum Hollandiae & Zelandiae non grauati fuerunt ut vestrae petitioni satisficeret, haec quae sequuntur, exhibere,

Principio, censura illa siue responsum xix Februarij anno M.D. lxxvij. quod Auroicis Ordinibusq. Hollandiae & Zelandiae scriptum miserunt per D. Guibleruallum ad Ordines Belgicos continet nullas clausulas, quibus perspicuum fit pactiorem Marca in Fainino factam non dirigi ad confectionem conditionum pacificationis Gandauensis.

In quod in causa fuit cur Auroicus Ordinesq. Hollandiae & Zelandiae non comprobauerunt pactiorem illam, nisi ea lege, ut Ordines Belgici suo note scriptum haberent obligatorium in debita forma, & cum ab ipsis, tum a prouinciarum Gubernatoribus, Praefectis, Tribunisq. militariibus subsignatum & omnino conforme ad id quod specialius in illa censura siue responso est expressum.

Ad quod illi primo Martij scriptis responderunt sibi decretum esse fuisse semper & esse etiam nunc, re ipsa tueri pacificationem Gandauensem, curareq. si quid contra praeterq. priuilegia, libertates atq. consuetudi-

nes Belgicas siue generatim siue speciatim factum attentatumq; esset,
vt id omne restauraretur, promiserunt quoq; efficere vt prouinciaru
rectores, Praefecti, Tribuniq; militares parem in se reciperent obli-
gationem, ad quam se gerere tenerentur,

Qua tamen promissio atq; conditio nec effecta nec completa est

Neq; Germani milites adhuc ex Belgij finibus exierunt, quod &
pacificacioni contrarium est

Nec dum possessiones Auarico, quas habet in Belgio, Luxemburgo
& Burgundia restitute sunt

Nec quidem ipse Comes Burenensis eius filius est redditus, quod non
solum contra pacificacionem, verum etiam contra priuilegia &
Iura patriae fit, & contra eius, de quo ante, responsi condiciones.

Ad haec neq; fuit neq; ^{adhuc} est redempta Auarico sua praefectura perinde atq;
illam per Regis mandatum habuit, Siquidem neq; regio neq; Ciuitas
Traiectensis, neq; oppida Thola, Hleusdana aliaq; loca antiquis Gu-
bernatoribus, sicut olim solebant, parent

Quin Senatus statuum prorsus hic se aduersarium praebuit, quippe
qui datis ad Traiectenses literis impediuit, quo minus illi secundum
pacificacionem Gandauensem & sua priuilegia se subderent, sub
Praefectura veteris Praefecti, quantumuis iterum atq; iterum
illud postularent,

Praeterea tibi priuilegia tueri iugiterq; deceret sicuti non tantum

in pacificationis, sed & in illius de quo supra responsi conditionibus speci-
ciatim dictum est tibi palam videmus eandem diminui & quidem
infringi varijsq; modis violari.

Generales enim Ordines sua illa instructione illis data quos ad
Austriacum Legauerunt, adhuc nuper post illam, de qua ante,
responsionem, in qua nominatim hoc expressum erat, subiecerunt
Austriaci arbitrio Ordinum tam generalium quam particula-
rium comitia, quae debent esse libera secundum privilegia &
iura regionum ac prouinciarum, aliorumue locorum quae eiusmodi
libertatibus gaudent.

Nondum quoq; religionis studiosi admittuntur in loca atq; oppida
aliarum prouinciarum ut illic habitent, iuxta pacificationem
Gandauensem, quemadmodum hoc posset confirmari varijs exem-
plis, si inquirere uoueret.

Et quanquam nec promissiones atq; obligationes pacificationis Gan-
dauensis nec id quod postea Ordines Auirici, Ordinesq; Hollan-
diae & Zelandiae promiserunt, est completum: tamen ad Gubernationem
& Praefecturam generalem admiserunt Austriacum, neg-
lecto quoq; Auirici Ordinumq; Hollandiae & Zelandiae suffra-
gio. Neq; vero haec eo referenda, quasi Auiricus, Ordinesq;
Hollandiae & Zelandiae se uoluissent opponere. Sed quod recon-
ciliatio per pacificationem introducta hoc pacto uideatur
contemptum fuisse neglecta.

Quin etiam Austriacus est acceptus cum suo comitatu Italico atq;
Hispanico: id quod vel partioni ab ipso Austriaco cum Belgij Or-
dibus facta penitus est contrarium.


Conspiciuntur quoque contra pacificationem Gandaviensem complures peregrini, cum Itali, Hispanique tum alij qui profecto nimis hostiliter atque hispanice se gesserunt, maxime esse apud Austriacum auctoritatis, sicuti est Octavianus Gonzaga Ferdinandus nuno, Secretarius Escovedo. De a gaste, is scilicet qui fuit in Angliam emissus ad amicitiam illam quae est inter Anglos & Belgas, dissipandam.

Item Baptista taxis compluresque alij qui Aulam Austriaci quotidie frequentant etiam si de Reipublicae pessime sint meriti, adeo haec impudenter aguntur ut etiam vulgaris fama sit Austriacum cum his et similibus temperamenti hominibus clandestina tractare consilia.

Postremo per clausulas illas quae leguntur in illo amicitiae fœdore quod inter se Ordines licet fortassis non mala intentione fecerint, videtur reuera esse introducta novia quaedam Inquisitionis forma eaque multo durior non modo quam illa quae olim Belgas exercuit, sed et quam ipsa in Hispania usitata. Nam inquisitores Hispani non adhibent inquisitionem adversus quemquam nisi si quis ante se suspectum reddiderit, vel ad minimum quantulumcumque occasionem obiecerit.

At vero per novam hanc formam inquiritur in omnium hominum conscientiam & religionem: idque praetextu pacis & concordiae contra pacificationem & omnem concordiam,

Omittuntur hic quarelae quae vulgo fiunt de negata bonorum restitutione & fraude Quiescorum confiscationis: ne videamur vos Viri illustres onerare rebus tam exilibus & quae alias tractare commodius poterunt.



auf die gütige. Königin von Oranien durch
 ihre Vermittlung. und auf Befehl der
 Königin Johanna von Brabant für
 dem halben Gulden
 und die Kosten der Reise nach
 Dordrecht in der Provinz der
 Niederlande zu tun und zu
 lassen.

Und ich habe die Königin
 abgepflichtet.

Joh. W. de W. d. 18 August 1544